



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XXXIX. De his qui ad diaconiatum eliguntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

1. qu. 7. Si quis episcopus.

Si quis episcopus, siue alicuius episcopi presbyter aut diaconus in alicuius hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus; nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi Concilio, porrecto fidei suæ libello, satisfaciat omnibus, & ita liberam teneat suam purgationem. Hoc idem & de fidelibus laicis sit decretum, si in \* aliquam hæresis opinionem fuerint nominati.

\* aliqua hæresis opinione

11. qu. 3. Si quis episcopus in. ex Can. 5. Cōc. Antioch.

Si quis episcopus in Concilio excommunicatus fuerit, siue presbyter, siue \* diaconus, facere oblationem, vel matutinum, vel vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere sicut prius non liceat ei, nec in alio Concilio spem reconciliationis habere, nec ultra \* recolligi; sed etiam eos qui ei communicauerint, omnes ab ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse \* deletum. Si autem permanserit turbans & concitans ecclesiam, per \* forasticam potestatem oportet eum sicut seditionarium ab omni plebe expelli.

\* In Canone Concilii Antioch. est *ἐπιμαρτυρία*, quod Dionysius vertit, per potestates exteras. forastici, Can. 56.

\* diaconus a suo episcopo, & post excommunicationem præsumptur, siue episcopus, ille aut presbyter, ut diaconus facere oblationem  
\* reconciliari  
\* deieci  
\* forasticam. *Γρηγοριαν.*

Presbyterum ad secundas nuptias conuiuiam fieri non oportet, propterea quod hi qui ad secundas nuptias veniunt, pœnitentiam postulant. Quomodo potest presbyter esse, qui propter conuiuium interest tali coniugio?

Si quis ad ministerium diaconatus eligitur, si contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio,

& dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit, alienus sit a ministerio, & vacet a clero.

XL.

Non licet diaconum ante presbyterum sedere, nisi cum iussione presbyteri.

XLI.

Non liceat quemlibet ministeria tangere, nisi subdiacono aut acolyto in secretario tangere vasa dominica. Dist. 24. c. Non liceat cuiuslibet.

XLII.

Non liceat mulieres in sacrario ingredi.

XLIII.

Lector si viduam alterius vxorem acceperit, in lectoratu permaneat: aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra: similiter & si bigamus fuerit. Dist. 34. cap. Lector. & in Conc. Tol. I. cap. 3.

XLIV.

Si subdiaconus secundam duxerit vxorem, inter lectores vel ostiarios habeatur; ita vt Apostolum non legat. D. 34. c. Si subdiaconus. & in Conc. Tol. I. c. 4.

XLV.

Non liceat in pulpito psallere, aut legere, nisi qui ab episcopo lector est ordinatus. Dist. 29. c. Non liceat in pulpito.

XLVI.

Si quis obligatus <sup>\* al. est tributo</sup> tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus, nisi <sup>\* al. probatz</sup> probandæ vitæ fuerit, & <sup>\* confensus</sup> patroni concessus accesserit. Dist. 53. Si quis obligatus est tributo. ex Conc. Tol. I. cap. 10.

XLVII.

Si quis seruum alienum causa religionis doceat 17. q. 4. Si quis seruus